2355 excubitorium ad tutel. | signor. e[*t*] imagin. sacrar. | P. Turran. Firminus vet. ex | cornic.[1] leg. II Adi. Anto|niniane p. s.[2] a solo res[*t.*], | Sabino II e[*t*] Anullino c[*os.*][3]

Aquinci (III 3526 semel descripta). — 1) Veteranus ex cornicine. — 2) Pecunia sua. — 3) A. 216.

2356 . . . | C. Iul. Mac[*er*] | signifer, | L. Sep. Vitalis | tesserarius, | L. Sep. Ianuarius | c. armor.[1], | Max. et Aeliano cos.[2] | v. s. l. m.

Aquinci (Alt-Ofen) rep., est Pestini (Eph. ep. 2, 693 vidit Mommsen). — 1) Custos armorum. — 2) A. 223.

2357 . . . . | L. Iulius Prim[*us*] | sig. leg. III A[*ug.*], | L. Furnasi[*dius*] | Asclepiades | arm. cus. leg. eiu[*sd.*], | heredes eiu[*s*] | fecerunt.

2358 d. m. s. | C. Terentius | Secund. Opiter.[1] | tesserarius | leg. III Aug., | vix. an. XLII, | L. Furnasidius | As[*clepiades*][2], | armorum[3], | h. e. f.[4]

Lambaesi (VIII 2912. 2983 vidit Wilmanns). — 1) (Domo) Opitergio. — 2) Asclepiades nomen erasum nescio qua de causa. — 3) Nota hic dici armorum, qui N. 2357 dicitur armorum custos. — 4) Heres eius fecit.

2359 d. m. | T. Fl. T. f. Pol. Se|cundus cast.[1], | mil. leg. XV Apol., | cust.[2] 7 Anni Cassi, | stip. XXII, T. Fl. Ingenus | signif. h. f. c.

Carnunti rep. a. 1878 (Eph. epigr. 4, 533 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) Castris (de tribu Pollia cf. N. 2304 not. 5). — 2) Videtur significari custos armorum.

2360 d. *(aquila)* m. | Aur. Dizza c. a.[1] | leg. II Part. 7 IIII p. | post[*er.*][2], v[*ix.*] ann. | XXXVI [*di*]es . . II, mi[*l.*] | ann. [X]IIII, [*Aurel.*] | Muc . . . . . [*mil.*] | leg. s. s. 7 . . . . . . | et Aurel. Pyrr[*us*] | heredes frat. | posuerunt.

Wormatiae rep. (Hettner Westdeutsche Zeitschr. f. Gesch. u. Kunst 2, 1883 p. 432). — 1) Custos armorum legionis secundae Parthicae. Legio secunda Parthica, castra habens prope Romam in monte Albano (Henzen ann. inst. arch. 1867 p. 93, C. XIV p. 217), quemadmodum Caracallam comitata est in Syriam (Dio 78, 34 cf. Henzen l. c.), ita cum Severo Alexandro potuit proficisci ad Rhenum. — 2) Centuriâ quarti pili (vel: principis) posterioris.

2361 . . . . | sexto pilo prior|e[1] leg. II Particae[2], | stipendiorum XI, | armigustori *(sic)*.

Gradi, nunc Aquileiae (C. I. L. suppl. Ital. 190 vidit Pais; Gregorutti archeografo triestino 1887 p. 155). — 1) Meruit in centuria sexti pili prioris. — 2) Legio secunda Parthica circa Aquileiam morata est a. 238, cum Maximinus eam urbem obsideret; milites enim, qui uxores et liberos reliquerant prope Romam ad montem Albanum, a quibus consilium interficiendi Maximini captum esse scribit Herodianus 8, 5, 8 (inde vit. Maximin. 23, 6), nulli alii sunt quam milites eius legionis. Eo tempore igitur potest hic miles prope Aquileiam defunctus et sepulcrum nactus esse.

2362 G. | Iul. Mar|inus Ara[1] | armatura[2] | leg. XIIII G. | M. v., an. XXX, | stip. XII, h. [s.] e. | T. F. Arbiter | f. c.

archive.org